

BERTHOLDVS PRAESVL VERDENSIS.



Bertholdus eruditione & pietate magnum nobis  
mē adeptus est. Itaq; circa annum Christi millesimum quadringentesimum octuagesimum Episcopus Verdēsis electus est. Eam Ecclesiam bellorum tumultibus labefactatam sua prudentia restituit. In primis enim cū finitimi principibus pacem firmauit. postea etiam suos canonicos et sacerdotes ad literarum studia adhortatus est. Ut etiam id commodius ficeret, suis sumptibus egregiā Bibliothecam instruxit, atq; eam omnibus communem fecit. Cum hoc modo per decem annos magna laude suam Ecclesiā gubernasset, atq; aliquot priuilegia impetrasset à Friderico Cæsare, in Halberstat quoq; Episcopus electus fuit. Itaq; utrancq; Ecclesiam instituendam & regendam suscipiens, per quindecim annos omnibus uirtutibus ornatus eas administrauit. Tandem anno millesimo quingentesimo quinto mortuus, atq; in Verdensi templo sepultus est. Anon.  
Crantz.